Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legionis rex tragoedia data Ratisbonae - Cod. Rastatt 108

Vermudo <II., Leon, König>

[s.l.], 1690

Argumentum

urn:nbn:de:bsz:31-131776

Visual Library

Veremundus Legionis Rex Tragoedia Data Ratisb.ae 4. et 6. Sept. 1690.

Argumentum.

Froila Leonensium in Hispania Rex A.o 766. fratres habuit Bimeranum, & Aurelium. Illum, cùm videret à subditis nimium, ut ipse quidem putabat, amari, sibi ac sceptro timens, è medio sustulit. Supererat occisi Principis Filiolus unicus, Veremundus nomine, hunc, Sancia pientissima Mater, ut Patrui furori subtraheret, occultâ fugâ aliò abduxit. Populus verò Bimerani cædem indignissimè ferens, Aurelium ad vindictam, et occidendum Froilam animat, quod demum effectum est. Interea Zama Maurorum Rex cum magno exercitu Leonem civitatem obsidet, cladem ulturus, quam non pridem

â Froila acceperat, regnumq; ab iniqua Regis tyrannide liberaturus. Eius Duces Aurelium capiunt, eumq;, rati se Froilam habere, interficiunt. Tandem verò Veremundus è latebra protractus, quòd unus, et ultimus esset Regni hæres, ab ipso Zama in Regem coronatur. Don. Diego Saavedra in Corona Gothica, Castellana, & Austriaca, & Dulcidius.

Hanc verò Historiam ad theatri licentiam ita accomodamus, ut eam quasi typum proponamq; earum sortis vicissitudinum, quæ in Augustissima Domo Austriaca per hæc nostra tempora gloriosissima evolutione contigerunt.

Prologus

Austria calamitatibus pressa, opem è cælo postulat; inde edocetur gravia quidem superesse toleranda, eam tamen, cùm se consumptam putaverit, instar Luciferi novo splendore exorituram.

Austria, Christus, Genij Cælestes.